

M E D I C A M E N T A

P R A E P A R A T A

E T

C O M P O S I T A.

MEDICAMENTA

PRÆPARATA

ET

COMPOSITA

M E D I C A M E N T A
P R Æ P A R A T A E T
C O M P O S I T A.

SIMPLICIUM QUORUNDAM
MEDICAMENTORUM PRÆ-
PARATIONES.

ALUMEN USTUM.

ALUMEN in vase fictili vel ferreo liquefcatur
igne, donec ebullire definat.

ANTIMONIUM PRÆPARATUM.

In mortario ferreo teratur Antimonium in pulverem tenuem; dein super porphyriten cum paulula aqua lævigeletur in pulverem tenuissimum; tum exsiccatur primo super lapidem cretaceum, postea in loco tepido et ficco.

CALAMINARIS LAPIS PRÆ-
PARATUS.

CALAMINARIS lapis ab iis qui orichal-
C 3 cum

38 PRÆPARATIONES

cum conficiunt calcinatus, præparatur ut antimonium.

CRETA PRÆPARATA.

CRETA trita, et aqua sæpius abluta, donec hanc nullo aut sapore aut colore inficiat, lœvitur et exsiccatur ut antimonium.

FERRI LIMATURA PURIFICATA.

IMPOSITO limaturæ cribro admoveatur magnes, ut trans cribrum limatura sensim attrahatur.

FERRI LIMATURA PRÆPARATA.

FERRI limatura purificata reponatur in loco humido ut satiscat in rubiginem, quæ in pollen tenuissimum teratur.

FERRI SQUAMÆ PRÆPARATÆ.

FERRI squamæ ad fabrorum incudes reperiundæ magnete admoto purificantur. Magnes enim squamas tenuiores, puriores tantum attrahit, relictis crassioribus minus puris.

HER.

HERBARIUM ET FLORUM
EXSICCATIO.

HERBÆ et flores hypocrausti vel foci communis calore leni exsiccentur, ea quantitate tantum qua id quam citissime fiat. Sic enim eorum vires optime servantur, cuius indicium est color nativus quam perfectissime servatus.

CICUTÆ vero folia, et alia, materie subtili volatili referta, post exsiccationem illico conterantur, et in vase vitrea bene obturanda reponantur.

MILLEPEDÆ PRÆPARATÆ.

MILLEPEDÆ panno cannabino rariori inclusæ suspendantur in vase clauso super spiritum vinosum calefactum, ut a vapore necatae friables reddantur.

OCULI CANCORUM, dicti
PRÆPARATI,

PRÆPARANTUR ut antimonium.

40 PRÆPARATIONES

PULPARUM EXTRACTIO.

FRUCTUS qui pulpam præbere possunt, si immaturi sint, vel maturi et sicci, coquantur paulula aqua, ut mollescant; deinde pulpam per cribrum setaceum exprime; postea in vase fitili coque lento igne, crebro agitans, ne aduratur, donec mellis spissitudinem habeat.

ITEM casiae fistularis pulpa ex siliqua contusa excoquenda est, deinde aquam evaporando ad idoneam spissitudinem reducenda.

FRUCTUM maturorum et recentium pulpæ per cribrum exprimantur, nulla coctione præmissa.

SCILLÆ EXSICCATIO.

SCILLAM, ablato externo cortice, transversim in taleolas tenues seca, et leni calore exsicca. Recte exsiccatæ iudicium est, quod friabilis reddit amaritatem et acrimoniam retinet.

JU

SPON-

SIMPLICIORES. 41

SPONGIÆ USTIO.

SPONGIAM in frustula parva concisam, et ab adhærentibus terreis bene liberatam, in vase fictili clauso, igni imponito, crebro simul agitans, donec nigrefcat, et friabilis fiat; deinde in mortario vitro vel marmoreo in pulverem redige.

TESTÆ OSTREORUM
PRÆPARATÆ.

TESTÆ ostreorum cavæ, planis rejectis,
a solidibus adhærentibus bene purgatae, præparantur ut antimonium.

TUTIA PRÆPARATA.

PRÆPARATUR ut antimonium.